Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3121
Quelle:
Copyright:

Cantuar. perperam *mart.* 22. Jun. *Albinus* (Albanus) *protbomartir anglie.* 7. Jul. *Translacio thome mart.* 22. Sept. *Mauriſcus* (Mauritius) *mart.* 13. Oct. *Translacio eduwardi regis.* 15. *Wulfrannus ep.* 16. Nov. *Edmundus archiep.* 20. *Edmundus rex.* 29. Dec. *Thomas archiep. cantuar.* Quoniam vero eodem colore quidam *Belgii* Indigetes deſcripti ſint, Libellum pro *Anglia* quidem, ſed in *Belgio* paratum fuiſſe cenſeo, quod et manus Librarii confirmat, et pictura, qua tunc maxime clarebant *Belgae*, quamque Exteris etiam commodabant. Poſt *Calendarium* igitur ſequuntur Horae B. *Mariae*, ubi ad calcem *Laudium fol.* 46. p. 2. legas: *Sequitur prima ſecundum uſum ſarum.* Itaque et Eccleſiam *Sarisberienſem* tenemus, cujus ritum Libellus exhibet in eo peculiarem, quod cuivis Horae plures Commemorationes ſubnectuntur. Succedunt Preces plures ad Deiparam, variosque Coelites, et Pſalmi *de Poeniteutia* cum Litaniis OO. SS. in quibus *Gildardus*, *Medardus*, *Albinus*, *Zwithinus*, *Birinus*, *Wulfrannus*, *Editha* et *Affra* invocantur. Ejusmodi *Horae in uſum Sarum* tardius non ſemel *Pariſiis* impreſſae ſunt.

DCCCLXXXIII.

975 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 230. 12. nitidiſſime exaratus, ut *Codex* DCCCLXXII. a cujus etiam Pictore, ſive ornatum *Calendarii*, ſive Flores et Animalia per margines ſparſa ſpectes, profectus videtur, multis praeterea Frontiſpiciis *hiſtoriatis* decorus *Horarium* eſt, cui haec inſunt: *Calendarium* eadem SS. *Belgicorum* nomina purpurata exhibens, quae *Codex* mox *cit.* Officium de Cruce, de S. Spiritu, Miſſa de Beata V. *Maria*, Initia Evangeliorum, Officium de Beata *ſecundum Uſum eccleſie romane*, Pſalmi *de Poenitentia* cum Litaniis OO. SS. Vigiliae Mortuorum, et aliae quaedam Preces, quas inter Symbolum *Athanaſii* dictum. In Frontiſpicio p. 32. Scutum viſitur rubrum Anſerem, ſeu Cygnum argenteum continens, quod an *Valencennas Hannoniae* referam, neſcio. Thecae utrinque impreſſum *Ludovicus bloc*, et ut *Cod.* cit. *Ob laudem chriſti librum hunc recte ligaui.*

DCCCLXXXIV.

Codex membraneus lat. Sec. 976
XV. Folior. 153. 12. commode perſcriptus, literis initiorum deauratis, picturatis, partim etiam hiſtoriatis, et Iconibus IV. ornatus *Horarium* eſt praevio *Calendario*, in quo plures *Belgii* Indigetes purpurati. Sequuntur: Horae de cruce, de B. V. *Maria*, Pſalmi *Poenitentiales* cum Litaniis, Vigiliae Mortuorum, aliae Orationes, quarum una lingua *gallica*, altera ad D. *Drogonem* maxime *Valentianis*, ſeu *Valencennis* cultum apud *Hannones.* Ad calcem picta eſt figura Calicis cum rubrica hujusmodi: *Ceſt la meſure*